



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

De notitia in Sacramento accepta. n. 28.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1606.
Salisbury
vehemens
& inepta
oratio.

XXVII. Excanduit ad ista Salisburius, & feruentiori influrgens oratione. "Non est, inquit, Garnette quod testes infirmes, si tecum uno teste, aut non omnino recto agere vellemus, possemus in te faediora coijcere: Veruntamen id non fieri, ut ubique terrarum omnes intelligent quantam cum integritate, quantam cum lenitate & clementia iustitiam administramus: Ideoq; Serenissimus Rex statuit ut in hoc nobili confessu tua caula ageretur. Quis est enim *Garnettus*, ut in hunc locum dicturus vocaretur, & tot præclaris viris molestus esset. Audeo dicere summum Romæ Cardinalem, si caulam agere cogeretur, nobilioribus non vñrum. Non tuâ caulâ, *Garnette*, huc vocari, sed ut tuum facinus, & Religionis tuæ fædi errores in lucem producantur, & Majestatis suæ clementia orbi vniuerlo fiat manifesta. Regis in manibus tua posita est vita; hanc tibi auferre multas posset ob caulas; Ut vero iustitia constet, & mendacium seu obtrectatorum obturetur os, voluit hoc loco, contam cœtu tam honorifico te explorare; quâ de re tam gloriari nobis licet quam si maximus Cardinalis causam pro Tribunal ageret. Testem proferimus cuius existimatio sanctissima est, qui pro toto mundo tibi non inferret iniuriam: Ex vicino satis vestra exceptit colloquia; prudentiaeque nostræ fuit, ut tu & Oldcornus tam commodè collocaremini ut possetis audire, & audiri. Prudentia quam politicam dicunt, modò Christiana sit, non est à Republica bene instituta reiencia. Nisi hac via insisteremus, haud sanè scio qua ratione vobis agendum esset: Vestrī enim libellis de crudelitate infamamur, & de grauiissimis persecutionibus, vnde non leuis est à vobis noster metus. (Palpari igitur vos necesse est & foueri à nobis ut à nutricibus paruuli, ne si morbo aut morte corripiamini fama volet veneno vos esse sublatos; ut de quodam vestro nunc est rumor equulei nimis effrænata vi esse disceptum, cum is præ desperatione sibi ipsi mortem consciuerit.) Non existimauit *Garnettus* huic inuestigia quidquam reponendum: Palam enim in omnium oculis erat ex turbulento animi motu ea dici incongruè. Quis enim ignorare poterat quam acerbè tractentur ijs quos scemel præhenderint Sacerdotes? Non ut nutrices paruulos, sed ut nouerae priuignos quos pessimè oderunt. Is quem Salisburius manus sibi intulisse affirmabat, *Ioannes Odoeni*, (ab exiguo corpore dictus *parvus Ioannes*) cum *Garnetto* captus & in Arcem delatus, secundò subditus equuleo, cum herniâ laboraret, non fuit par cruciatui, sed ruptis visceribus abductus ad lectum non diu superfuit: Sparlus est sermo quod sua manu interiisset; id tortor ipse negavit, fidem præterea faciens vix se in quoquam vidisse maiorem in tormentis constantiam: Præterquam quod non est, more desperantium & sibiipsis necem inferentium per agros aut viâ Regiâ terræ mandatus adacto in viscera stipite, sed in ipsa arce sepultus.

De notitia
in Sacra-
mento ac-
cepta.

XXVIII. Salisburium perorantem exceptit Procurator Regius, & *Garnetto* Confessionem propriam obiecit, cum *Tesmundo* aures daret; cumq; *Garnettus* agnolceret se id in Sacramento cognouisse, eâ tameū lege ut Sacramento sua vis maneret, nisi aliunde innotolceret; tum vero, si in manus incideret, (ne quæstione

quaſtione premeretur) posſe proferre: Northamptonius Comes duo conatus est inferre; primum conuenſile Garnettum eo quod non prohibuerit, iuxta iuris Regulam qui non prohibet cum poteſt, iubet. Secundo pluris aſtimasie tuam a tormentis immunitatem quam Regni totius ſolitatem. At Garnettus, "prohibui, inquit, quantum potui; quod autem non ijs aperui quos vos arbitriani potuisse impediſcere, non aliam cauſam habuit quam Sacramenti lecretum, quod violare nefas ducimus. Neque recte infertur me meam immunitatem praetulisse ſaluti totius Regni, ſed ſtudii malū non facere ut euenirent bona: Facultas enī enuntiāti, lumenda eſt ex mente Conſitentis, in cuius bonum, & verò in vniuerſae Ecclesiæ uitilitatem & ſalutem hoc Sacramentum cum hac conditione ſecreti iuſtitutum eſt; quā violatā perit veneratio & uſus Sacramenti: Quis enim vellet occulta conſiterit niſi certus de ſecreto?) Obijcientibus deinde Salisburio & Procuratore Regio, quod licet Tefmonium non potuerit detegere, debuiffle tamen detegere Catesbeyum & Socios qui ipſi confeffi non fuerant; & Tefmundi ipſius confeſſionem nullam fuifce, quod ipſum non paenituerit. Reſpondit Garuettus, primo, Tefmonium omnia adhibuifce quæ ad Sacramenti vim fructumque requiruntur; deinde etiamſi deſit in aliquo quidpiam quod ad fructum gratiamque Sacramenti pertineat, eſt tamen Confeſſio Sacramentalis; atque adeo ad Secretum obligat, non ſolum in ijs quæ Conſitentem tangunt; ſed quæ alios quoſcunq;.

XXIX. Denique de commoratione Warwicensi interrogatus (vbi & cap-
tus eſt eo tempore quo hi motus increbuerant) tum de colloquio cum Bat-
ſio terente literas à Catesbeyo poſt deteſtam coniurationem: Reſpondit, ſe
nihil ſuſpicantem de motu ſuſcepifte iter ad Sancta Wineſteda; reuer- De com-
tentem verò amicorum imputitate hæſiſſe in illa Regione; Si vllā pio moratione
videntia prouidere potuifſet tale quidpiam euenturum, lat remotè abfu-
turum. Cum Batesius ad leueniſſet cum literis re detecta, noluiffe quidquam
cum illo habere commercij qui proditorij his molitionibus ſe immiſciuſſet,
& le, luosq; & Catholicos vniuersim in ſummu certiſſimumque adduxit ſet di-
ſcrimen; neque quemquam ab le miſum elſe ad Catesbeyum; quicunq; pro-
fectus ſit ſe neclieſte profectum.) Tum Nottinghamius Comes ut actionem
egregio quodam epiphonemate clauderet, petitā interrogandi licentia; Quid
Garnette, inquit, ſi ego ad te confelſurus accederem, diceremque horā non
plusvnā interiectā me Regē pugione confolſurū, detegeres? vel non detegeres?
Cui Garnettus, "Domine mi, ſi alia aliqua ratione in rei cognitionem deueni-
rem vtq; detegerem; ſin minus, omnes modos præueniendi inueſtigarem, &
conquisitis vterer.) Quam vocem nil mirum ſi circumſtant concio riſa
potius quam plauſu excepit, quandoquidem ē re Ecclesiæ Christi pu-
blicā quid interſit, longe ab Hæreticorum intelligentia remotum eſt,
& Sacramentis pefsundatis cætera concidere ſit neceſſe. Verè tamen
illud, eti neclieſt, ſubiunxit Nottinghamius; "Nunc Garnette, ve-
lut in